16. [76a] Fabula xvi de leone apro, thauro et asino. [1]

Quisquis amisit dignitatem, deponat audaciam pristinam, ne a quolibet iniuriam patiatur, ut hec probat fabula. Annis decrepitus et viribus leo cum gravatus iaceret spiritum extremum trahens, aper ad eum venit iratus et spumans dentibus suis fulmineis et veterem ictum vindicavit. Thaurus confodit cornibus hostile corpus leonis, asinus autem dum sic videret feram dudum sibi inimicam, calcibus illi frontem contudit. At ille cum gemitu suspirans sic dixisse fertur: Cum virtus mea staret, fuit honor, fuit et timor, ut omnes nisi me curarent, ut opinio ipsa de me plures terreret, multos autem benivolus non lesi sed et ipsis auxiliator fui. qui omnes nunc mihi malignantur. Et quia vires et potentia defecerunt, omnis honor simul periit cum illis. Monet multos hec Esopi fabula, mansuetos esse in dignitate.

[76b] Die xvi fabel von dem löwen, eber, stier und esel.

Welher den gewalt verloren hat, der sol ouch synen hohmuot von im legen, daz er nit von menglichen gekestiget werde, als dise fabel ußwyset. Ain leo ward ser krank von vily syner jar, daz er an synen kreften fast het ab genomen, so vil, als ob im die sele uß wölt gaun. Do kam zuo im ain eber zorniger und schomend mit synen scharpfschnydenden zenen, und rach an im den alten schaden von im enpfangen. Der stier stieße synen lyb und wundet in mit baiden hornen. Do aber der esel den also krank sach ligen, der ettwan syn fynd gewesen waz, schluog er in mit synem fuoß gar hart an die stirnen. Der leo ersüffczet und sprach: Die wyl ich by minen kreften was, do lebt ich in großen eren, ich waz menglichem forchtsam und hetten mich alle tier in sorgen und allain an mich gedenken erschreket iederman. Ich bin ouch gegen vilen gütig gewesen, die ich nit hab geleczet, sonder hilf erzöget, die nun alle wider mich synd erbittert, und so myn kraft und gewalt hin synd, so ist all myn eer mit inen vergangen. Dise fabel warnet und leret die gewaltigen, daz sie in ierem gewalt gütig und senftmütig syen, das kain rauch nach ußgang des gwalcz über sie gang.

De leone antiquo.

Irretit miserum gravitas annosa leonem,
Inglaciat corpus corque senile gelu.

*

1 I, 16. Löwe im alter, Phädrus 1, 21; Kirchhof 7, 27.

Instat aper, pensat veteri pro vulnere vulnus,
Frontis eum telo taurus utroque fodit,
Sevit asellus iners et frontem calce sigillat.
Hec solo gemitu vindicat acta leo.
Omnia que vici, me vincunt, heu, dormit
Vis mea, dormit honor, dormit honoris opus.
Cui nocui, nocet ille mihi, multisque peperci,
Que mihi non parcunt, pro pietate nocent.
[77a] Hunc timeat casum, qui se non fulcit amicis,
Nec dare vult felix, quam miser optat opem.

17. Fabula xvii de asino et catella. [1]

Quem non decet reddere officia, ut quid se ingerit melioribus, de quo auctor subiecit fabulam. Asinus quottidie videbat catelle blandiri dominum de mensaque illam saturari, et familiam illi plura largiri. At sic dixisse mente asinus fertur: Si hoc animal tam exiguum et immundum tantum meus diligit dominus totaque familia, quantum utique me diligeret, si obsequium illi prestavero, melior namque cane sum ad plurima utilis officia, insuper aqua de sanctis fontibus alor, cibus mundus mihi datur, melior sum catello, meliori vita frui, possum et maximum honorem habere. Cumque hec asinus secum cogitasset, vidit dominum introire accurritque velocius clamans, prosiluit super eum humerisque suis pedes anteriores imposuit linguaque, ut catella solebat, eum lingens, vestem etiam suam deturpavit, suo pondere ipsum fatigando. Dominus autem asini blandimentis territus, clamare cepit et auxilium petere; ex hoc concitatur omnis familia, fustesque et lapides arripiunt ac verberibus asinum debilitant membris costisque fractis eum ad presepium ligant lassum et semivivum. Fabula hec monet, ne quis indignus se ingerat, ut meliori officium faciat.

[77b] Die xvii fabel von dem esel und dem hündlin.

Welcher zuo gebürlichen diensten nicht geordnet und untöglich ist, der sol sich nit understaun, dem beßern und höhern ze dienen, denen iere dienst unenpfenglich werdent, dar von hör dise fabel. Ain esel sach, wie ain klaines hündlin von ainem herren erzogen, sich täglich liebet gegen dem herren, darumb es der herre straichet und gab

*

1 I, 17. Schmeichelnder esel, gesta Romanorum 79.